



**L**dit homo 2c. Tercio homo est ceteris pulcritudine venustior cuius pulcritudo clare perpenditur ex tribus. Primo ex sui exemplaris pulcritudine et decencia. Secundo ex ipsius artificis certitudine et industria. Tercio ex sua in operando sollicitudine et diligentia. A. Et nota quod non loquitur de pulcritudine corporali sed spirituali. De pulcritudine anime non corporis quia illa corporis vana est et fallax et deceptoria quia hominem erigit in superbiam. Unde dicit quidam philosophus. Quo modo inter omnia bona pulcritudo minus bonum est quia in pulcritudine magis imprugnatur homo quam in alio bono. Est etiam vana quia homo per ista transitoria cito ad modicum infirmitatis tactum deturbatur et evanescit. De ista non est intelligendum sed de pulcritudine anime que bona est quam ostendit primo exemplaris decencia. Unde gen. 1. fecit deus hominem ad imaginem 2c. Imago enim dei patris filius est cuius tanta est pulcritudo quod sol et luna eam mirantur et in ipsa desherant angeli prospicere tota pulcritudo totaque delectatio curie paradisi est videre ammirabilem pulcritudinem faciei filii dei. Unde augustinus. Faciem inquit filii dei videbimus que vincit omnes concupiscentias tam dulcis est frater mei et tam decora ut ipsa visa nihil aliud poterit delectari splendor est lucis eius et species sine macula. Secundo hominis pulcritudinem ostendit artificis industria que mirabilis in hoc opere suo predicatur. Artifex sapiens et industria dicitur quando nihil omittit de necessariis et contingentibus ad rei formationem et perfectionem. Nihil autem omittit deus de pertinentibus ad pulcritudinem in creatione anime si ea que sunt pulcritudinis bene attendantur. Pulcritudo secundum boetium Augustinum de ci. dei. Est partium congruentia ex venustate coloris. Ex qua diffinitione colligitur quod pulcritudo in duobus consistit scilicet in recta partium ordinatione et in decora coloratione. Et ista duo potissime reperuntur in anima secundum tres partes ipsius anime secundum Augustinum que sunt memoria/intelligentia voluntas/que rectissime ordinantur quia ad deum. quia finis suus et finis omnium. Nam memoria est ad deum medicandum

et recolendum. Intelligentia ad deum cognoscendum. Voluntas ad deum diligendum. Et ideo dicitur ecc. vii. fecit deus hominem rectum. Quod intelligendum est quod ad tres partes siue potencias. Istas autem potencias in sacro baptismatis fonte variis coloribus scilicet gratia et virtutibus depingit et venustat. ipsam videlicet intelligentiam siue illuminando. Memoriam siue sursum erigendo voluntatem caritate inflammando. nec decoret hominem interius virtutibus sed etiam exterius sensibus. Consideremus igitur si in ipso reperitur quidquid est pulcritudinis quantum ad illa duo que in auctoritate Aug. continentur utique bene et adeo bene quod non est in mundo lapidarius qui cum omnibus suis lapidibus preciosis nec pictor cum omnibus coloribus suis possent tam pulcre tam decenter aliquos exemplum decorare. Unde tantam ammirans pulcritudinem Aug. de ar. spo. a. me. sue. Quare sublimis et quod decora facta es anima mea te deus formasti sensibus decoravit incus sapientia illustravit sensus datus quasi exteriorum ornatum sapientiam quasi interiorum homines sensus quasi quasdam gemmas fulgentes appendens exterius sapientia quasi naturali pulcritudine decorans interius ornatus eius omnium formarum superat decore gemmarum incinerat pulcritudinem. Hanc similitudinem est anima pulchra spiritum habet in se istos virtutes colores. Quia sicut pulcre imagines in panno depicte pannum pulchritudinis sic isti varium virtutum colores in anima existentes ipsam venustant. Tercio ipsius anime pulcritudinem ostendit sui artificis diligentiam. Ad quam insinuandam dicitur gen. 1. fecit deus hominem ad imaginem et cetera. De omnibus alijs dixit tantum fieri sed solum de homine dixit. faciamus. Et hoc ut in homine quantum ad animam diligentiam demonstra- ret. Et certe non est mirum si deus tanta diligentia animam facit cum eam in sponsam sibi sumere disponat. Scitis quod si magnus rex possit pro sue voluntatis beneplacito prozem sibi facere tanta diligentia eam faceret quod nihil in ea reprehensibile dignum esset. Cum igitur rex glorie nobilissimus incompatibiliter animam formare posset quam tamen sibi in sponsam assumere proponit quod eam talem faciat quod nihil turpe in ea inveniri valeat. Et hanc rationem assignat hugo sic inquiens. Quid tibi anima mea tu ornata talis et tanta pulcritudo tua de qua superius mihi quod ipse ideo quod te